Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



127

ac desiderantium praemia quae se accepturos dno
remunerante confidunt. Quinimirum flebus tantum
praecellit priori. quantum aeramento aurum. quantum
sca scorum ubi erat arca dni priori tabernaculo. In quo
candelabrum & mensa dni stabat. Constat fuisse prae
lata post altare uero holocausti labrum erat positum
in quo lauarentur qui ad altare incensi intrabant. quia
non repente fit summus. sed proficientibus meritis
quisque primo bella debet uitiorum deuincere. Deinde
ac conditore suo cum compunctione lacrimarum supplex
implorare. ut pingressu regni dulcis fundere flebus
possit. Qui pro timore poenarum prius fundebat
amaras. Quid autem basis in qua idem labrum erat in positum
aptius quam ipsum desiderium regni & uitae caelestis
accipiatur. Cuius nimirum causa tanta fit. ut perfec
ti ac summi uiri cotidiano se lacrimarum fonte diluant.
Et quod nondum perfecte uidendo ualeant. gaudium
interna quibus saltim suspirando degustent. Nam
quia hoc lauacro qd in tabernaculum & altare positum
est. perfectorum lacrimae figurentur. Testantur ipsa
uerba quibus dr. Et missa aqua lauabunt inde aaron
& filii eius manus suas ac pedes. Neque enim quisquam
de plebe ibi lauari sed ipse pontifex iussus est & filii eius
uidelicet sacerdotes gradus inferioris. Qd magnorum